

BIBLIOTEKA
Zakł. Nar. im. Ossolińskich

XVI 3272 D

96

Habes Lector studiose, Aurelii Prudéti Cathemerinon hoc
est diurnarū rerum opus uariū & cū linguæ elegatia,
tū sententiarꝝ grauitate, frequetū lectionee dignis/
sisimū. Cui9 singulis odis, singulas har
monias qutuor uocū, nunqu an/
tea impressas, Hierony
mus Vietor Cal/
cographus,
singulari diligen
tia emēdatas, in studio/
forū cōem utilitatē adiecit, com
ponēte aliquādo eas, dro Vuolfgango
Grafinger Pānone, musico faigeratissio, cuius
opa aliæ suauissiæ harmoniæ i Horatii carmia struūt,
qu & ipsæ, si & hæ placuerit, breui, emēdatissiæ in lucē dabūt.

Dicata est hæc in Prudentiū collata opera, Reueren/
do Domino Sebastiano Sperantio Præposito Brixi/
neñ, Cæsarispq & Gurtzenn Cardinalis a secretis &c.

REVERENDO domino Sebastiano Sperantio decretorū
doctori, Præposito Brixinensi Cæsareæ maiestatis & Reue-
rendissimi domini Cardinalis Gurtzenis a secretis. Rudol-
fus Agricola Rhetus felicitatem & commendationem.

Poeticam primariā quandā philosophiā esse memoriarū
proditū est, quæ mores, quæ affectiones nō sine q̄dam
animi uoluptate præciperet. Cuius originē uetusissimā esse
literarū testimonio, hominūq; doctissimorū acerrimo iudicio
comprobatū, saneq; comptum est. Qum ultramundanus &
innoīabilis rex opifex, deus ipse statim pene a cōdito mundo
sua mysteria p̄ poetas describi uoluerit. Qd & in inuitissimo
illo dute Moysē, & in Idumeo Iob, in David p̄f, filioq; Salo-
mone, in Isaia ac plerisq; aliis hebreis manifesto deprēdimus,
quoq; scripta uersibus in patria lingua constat. Et quoniā in
falsa quoq; religione (ut Augustinus testat) religiosos miser-
ratus est deus. Videmus & Apollinis, & Sibyllarū, & aliorū
uirtū oracula uersibus ædita suis. Plato ergo grauissius phi-
losophorū libro de legibus tertio poetæ genus esse diuinum
scripsit, quū huiusmodi poetis ingeniuū esse oporteat, ut omni
hūanitate sub se relictā altiora petant & se inter dēū, hoīemq;
medios p̄stent. Origenes quoq; in libris periarchon, uirtutē
q̄dam esse docet spiritale quæ poetiā inspireret, cui⁹ inspirati-
onē (quā in Phedro & Ione Plato diuinū furore noiat) poetæ
repleant. Nam nō facile illis esset oīa p̄petuo, feliciq; stilo cō-
plete, nisi adiuuāte, impellēteq; dei miro assensu, calescenteq;
diuini spūs igni quodā, quo deinde abeūte furore, uix ipi intelli-
gūt, ueluti si nō ipsi p̄nunciauerit, sed deus illoq; ore plocut⁹
sit. Ver⁹ ei uero quū numeris, iisdēq; uariis poetica innitat⁹, qd
alid eā dicere q̄ diuinā quādam musicā necesse est, cuius rōne

A z

XVI. Qu. 3272

mundū esse cōpositū Pythagorici uoluerūt, non q̄ ipam his,
q̄s ppter illar̄ excellētiā liberales noiant, ex qb̄ nullā poeti
cā eē Plato uult, qdā rōe iferiorē ueli, quū q̄tū reliq̄s aīcedat
disciplias trib⁹ Platonicis signis Ion idicet, sed ut nouē musas
eē dixerūt ppter octo spherarū cœlestiū musicos concēt⁹, &
unā maximā, q̄ ex oībus cōstat, harmoniā, cœlū ipm canere
affirmarūt. Quis autē poeticā qdā affinitate pximā musicā
nō laudet? nō pdicet nō maiore īmodū admiret? quū uel seip̄z
nouerit silitudine qdā musica cōpactū, tot⁹ .n. aī et corporis nři
stat⁹ et cōpagine qdā musica & musicis pportiōibus cōstat.
Quæ qdē cōueniētia tāta est, ut nō dubitarit Aristoxen⁹ ille
Tarētio⁹, aim, quē ei⁹ qū discipul⁹ et æqlis Dicearch⁹ q̄tuor
elemētor̄ cōuenientiā diffinierat, eū dicere corporis harmoniā.
Quū itaq̄ Pr̄eposite dignissie musica ap̄ d̄ sūmos et sapiētis/
simos uiros in maxia dignatiōe semp̄ hita sit, eiusq̄ excellētiā
nemo satis unq̄ laudare possit. Hoc Aurelii Prudentii Clemē
tis uiri cōsularis, poetae Christiani Cathemerinon tuis delica/
tis aurib⁹ haud idignū cēsui, tū q̄ te musicæ studiosissim sem
p̄ fuisse cōpertū habeā, eiusq̄ cultores miro quodā et icredibi
li amore pseqtis, tū ēt q̄ supioribus illis tpibus dñs Vuolfgā
gus Grafsinger sacerdos, musicus famigeratissius, oibusq̄ ob
ai, mor̄q̄ itegritatē & genuinā in eo hūanitatē, q̄ erga oēs uti
solet, cōmendabilis, instigāte eū Ioachimo Vadiano Heluetio
poeta, mutua mihi failiaritate cōiunctissio, hoīe ut ingenii ad
cūcta mire eruditī, ita ani in oēs liberaliū discipliar̄ studiosos
multū pp̄esi, singulis odis nouā uocū cōcinentiā nūq̄ aīhac
typis ip̄fioriis iuulgatā adiecerit. Tuæ itaq̄ māsuetudinis erit
doctissie Preposite, ut cū a grauiorib⁹, seriisq̄ negotiis feriat⁹
fueris, his te nouis harmoniis ī poeta Christiano feliciter oble
ct̄s, q̄ sub tuo felici auspicio ī mille exēplaria transcriptæ ad
cōem oīm cōspectū contendūt. Vale. & me ut cepisti ama.

Aurelii Clementis Prudentii ī Cathemerinon pr̄
fatio. Ode tricolos Gliconicū Asclepiadeū alchaicū.

Per quinquennia iam decem
Nifallor, suimus, septimus insuper
Annum cardo rotat, dum fruimur sole uolubili.

Instat terminus, & diem
Vicinum senio iam deus applicat,
Quid nos utile tanti spatio temporis egimus?

Aetas prima crepantibus
Fleuit sub ferulis, mox docuit toga
Infectum uiciis falsa loqui, non sine crimine!

Tum lasciuia proteritas,
Ac luxus petulans (heu pudet, ac piget)
Fœdavit iuuenem nequicie sordibus, ac luto.

Exin iurgia turbidos,
Armarunt animos, & male pertinax

Vincendi studium subiacuit casibus asperis.

Bis legum moderamine
Frenos nobilium reximus urbium
Ius ciuile bonis reddidimus, terruimus reos.

Tandem militiae gradu
Euēclum pietas principis extulit
Assumptum propius stare iubens ordine proximo.

Hæc dum uita uolans agit,
Inrepsit subito canities seni

Oblitum ueteris Massaliæ consulis arguens.

Sud quo prima dies mihi

Quam multas hyemes uoluerit, & rosas

Pratis post glaciem reddiderit, nix capitis probat

Nunquid talia proderunt

Istam suam
egobis sp̄ni
telo in dūtoz
confundit q̄ris, Et
dixit so ubi se
mo h̄tad dūm
tatuend et p̄ di
catur

M ariet foris
p̄ p̄t̄s sp̄nta
pr̄dagoforū

D oga et p̄pla
n̄ p̄t̄s sp̄nta
h̄tad togat⁹

Massala non
n̄ latet ep̄

Croce
grafa
i de f̄p̄o
tunc

1963 de festa vita fisi - 811 pia ad ipsa
Carnis post obitum uel bona uel mala
Cui iam quicquid id est, quod fuerā, mors aboleuerit

Dicendum mihi quisquis es

Mundum quem coluit mens tua perdidit.

Non sunt illa dei quæ studiuit cuius habebetis

Atqui fine sub ultimo

Peccatrix anima stulticiam exuat.

Saltem uoce deum concelebret, si meritis nequit.

Hymnis continuet dies,

Nec nox ulla uacet quin dominum canat,

Pugnet contra heresēs, catholicam disscutiat fidem.

Conculcet sacra gentium,

Labem Roma tuis inferat idolis,




Carmen martyribns deuoueat, laudet apostolos.

Haec dum scribo uel eloquor

Vinclis o utinam corporis emicem

Liber, quo tulerit lingua sono mobilis ultimo.

Sequitur Melodia.



ODE MONOCOLOS

Tetrastrophos lambicū dñe
trum Archilochicū acathale/
eticum ad Gallicantum.

Sic somnus ad tēpus dat⁹

Est forma mortis perpetis

Peccata ceu nox horrida

Cogunt iacere ac stertere.

Sed uox ab alto culmine

Christi docentis præmonet

Adesse iam lucem prope

Ne mens sopori seruiat.

Ne somn⁹ usq; ad termios

Vitæ socordis opprimat

Pectus sepultum criminē

Et lucis oblitum suæ.

Ferunt vagantes dæmones

Lætos tenebris noctium

Gallo canente exterritos

Sparsum timere & cedere.

Inuisa nam vicinitas

Lucis, salutis, numinis

Rupto tenebrarum situ

Noctis fugat satellites.

Hoc esse signum præsci

Norunt repromissæ spei

Qua nos soporis liberi

Speramus aduentum dei.

Quæ uis sit huius alitis.

Saluator ostendit Petro,

Ter antequam gallus canat

Sese negandum prædicans.

Fit namq; peccatum prius

Quam præco lucis proximæ

in adiutoria
 Inlustret humānum genus,
 Fineq; peccandi ferat.
 Fleuit negator deniq;
 Ex ore prolapsum nefas,
 Cum mens maneret innocēs,
 Animusq; seruaret fidem.
 Nec tale quicquam postea
 Linguae locutus lubrico est
 Cantuq; galli cognito,
 Peccare justus destituit.
 Inde est q; omnes credim
 lo quietis tempore,
 Quo gallus exultans canit,
 Christum rediisse ex inferis.
 Tūc mortis oppress⁹ uigor
 Tunc lex subacta est tartari,
 Tunc uis diei fortior
 Noctem coagit cedere.
 Iam iā quiescant improba
 Iam culpa furua obdormiat,
 Iam noxa letalis suum
 Perpessa somnum, marceat.
 Vigil uicissim spiritus

Plini⁹ l. x. capl. xxi.
 Galli nū anglos modiū
 quos extantib⁹ in ega
 immortali⁹ ducebat⁹
 somni⁹ nū gerunt B,
 Norwic⁹ s̄yndeta, et teneb⁹
 distinguunt horas. Ita duo
 ranta. Eam sole nō vident
 bitum. Zeta q; caprora
 angela ad mīnas laborant
 uocant. Nec sot oculum
 bāndite pāmū obrepit
 dīc⁹ q; uolent⁹ mīnibus
 ranta. Tām nō sunt plān.

quodcumq; restat temporis
Dum meta noctis clauditur,
Stans, ac laborans excubet.
 Iesum ciāmus uocibus,
 Flentes, precantes, sobrii
 Intenta supplicatio
 Dormire cor mūdum uetat.
 Stat conuolutis artubus
 Sensem profunda obliuio
 Pressit, grauauit, obruit
 Vanis uagantem somniis.
 Sunt népe falsa & friuola,
 Qua mundi gloria
 Ceu dormientes egimus,
 Vigilemus, hic est ueritas.
 Aurum, uoluptas, gaudiū.
 Opes, honores, Prospera
 Quæcumq; nos instant mala,
 Fit mane, nū sunt omnia.
 Tu Christe somnū dissiice,
 Turumpe noctis uincula,
 Tu solue peccatum uetus,
 Nouumq; lumen ingere.

Sequitur Melodia.

*Nox et
 Similes
 dent Ode
 binū a
 oze rādi*

Discant.

Tenor.

Altus.

Bassus.

ODE monocolos tetrastro
 phos lambicū dimetrum Ar
 chilochium.
 Hymnus matutinus.

Ox, & tenebrae & nu
 bila
 Confusa mundi, & turbida
 Lux intrat, albescit polus,
 Christus uenit, discedite.
 Caligo terræ scinditur
 Percussa solis spicula,
 Rebusq; iam color redit
 Vultu nitentis sideris,
 Sic nostra mox obscuritas,

Fraudisq; pectus consciū,

Ruptis retectum nubibus,
 Regnante pallescit deo.
 Tunc non licebit claudere,
 Quod quisq; fuscum cogitat,
 Sed mane clarescunt nouo
 Secreta mentis proda.
 Furante lucem squalido
 Impune peccat tempore,
 Sed lux dolis contraria
 Latere furtum non sinit.

Versuta fraus, & callida
 Amat tenebris obtegi,
 Aptamq; noctem turpibus
 Adulter occultus fouet.
 Sol ecce surgit igneus
 Piget, pudescit, pœniter,
 Nec teste quisquam lumine
 B

Peccare constanter potest.
 Quis mane sumpris neq[ue]ter
 Non erubescit poulis,
 Cum sit libido, temperans
 Castumq[ue] nugator sapit.
 Nunc nūc seuerum uiuit.
 Nunc nemo tentat ludicrum,
 Inepta nūc omnes sua
 Vultu colorant serio.
 Hæc ora cunctis utilis
 Qua q[ui]sq[ue], quod studet gerat,
 Miles, togatus, nauita,
 Opifex, arator, institor,
 Illum forensis gloria,
 Hunc triste raptat classicum
 Mercator hinc, ac rusticus
 Auara suspirant lucra.
 At nos lucelli, ac foenoris,
 Fraudisq[ue] prorsus nescii
 Nec arte fortis bellica,
 Te Christe solum nouimus.
 Te mente pura & simplici,
 Te uoce, te cantu pio
 Rogare curuato genu,
 Flendo, & canendo discimus.
 His nos lucramur q[ui]stibus.
 Hac arte tantum uiuimus,
 Hæc inchoamus munera
 Cum sol resurgens emicat.
 Intende nostris sensibus,

Vitamq[ue] totam dispice,
 Sunt multa fucis inlita
 Quæ luce purgentur tua.
 Durare nos tales iube,
 Quales remotis sordit us
 Nitere pridem iusseras
 Iordanu tinctus flumine.
 Quodcūq[ue] nox mudi dehic
 Infecit atris, nubibus,
 Tu rex Eoi syderis
 Vultu sereno in lumina.
 Tu sancte qui tetrica picem
 Candore tingis lacteo,
 Ebnoq[ue] crystallum facis,
 Delicta terge liuida.
 Sub nocte Iacob cœrula
 Luctator audax angeli
 Eousq[ue] lux surget,
 Sudauit impar proelio.
 Sed cum iubar claresceret,
 Lapsante claudus poplite,
 Femurq[ue] uictus debile
 Culpæ uigorem perdidit.
 Nutabat ingueni saucium,
 Quæ corporis pars uilior,
 Longeq[ue] sub cordis loco
 Diram fouet libidinem.
 Hæc nos docent imagines,
 Hominem tenebris obsitum,
 Si forte non cedat deo,

Illa pia fit ans luctando
 Vires rebelles perdere.
 Erit tamen beatior
 Intemperans membrum, cui
 Luctando claudum, et tabidum
 Dies oborta inuenerit.
 Tandem facessat cœcitas,
 Quæ nosmet in præcepis diu
 Lapsos sinistris gressibus
 Errore traxit deuio.
 Hæc lux serenum cōferat,
 Purosq[ue] nos præstet sibi.
 Nihil loquamur subdolum.
 Voluamus obscurum nihil.

Sic tota decurrat dies.
 Ne lingua mēdax, ne manus,
 Oculue peccent lubrici,
 Ne noxa corpus inquiet.
 Speculator adstat desuper,
 Qui nos diebus omnibus,
 Actusq[ue] nostros prospicit
 A luce prima in uesperum.
 Hic testis, hic est arbiter,
 Hic intuetur quicquid est.
 Humana q[ui]d mens concipit.
 Hunc nemo fallit iudicem.

Sequitur Melodia.

Discant.

Altus.

Tenor.

Bassus.

Et uox es modus natus filij Israhel qui amas
 Et tu in primis Jacob in puto deus
 Es q[uo]d teligitur nos in partibus et a stupore

Ode monocolos Penthaistro
phos heptimemeros dactyli
cum trimetrum hypercatale
cticum Alcmanium.

Hymnus ante cibum.

Crucifer bone lucislator

Oipareis pie uerbigena

Edite corpore Virgineo

Sed prius in genitore potens

Astra solum, mare q fierent

Huc nitido precor intuitu

Flecte salutiferam faciem

Fronte serenus, & inradia

Nominis ut sub honore tui

Has epulas liceat capere.

Te sine dulce nihil domine

Nec iuuat ore quid appetere

Pocula ni prius, atq; cibos

Christe tuus fauor imbuerit

Omnia sanctificante fide.

Fercula nostra deum sapiat.

Christus & influat in pateras

Seria, ludicra, uerba, iocos.

Deniq; qd sumus, aut agim;

Trina superna regat pietas.

Hic mihi nulla rosae spolia

Null aromate fragrat odor.

Sed liquor influit Ambrosi,

Nectareamq; fidem redolet
Fusus ad usq; patris gremio.
Sperne camœna leues ederas
Cingere tempora q;s solita es,
Sertaq; mystica dactylico
Texere docta, liga strophio
Laude dei redimta comas.

Quod generosa potest ania
Lucis, & aetheris indigena
Soluere dignus obsequium?
Quam data munera si recinat
Artificem modulata suum?
Ipse homini q cuncta dedit,
Quæ capimus dñante manu
Quæ pol, aut hum, aut pe
Aere gurgite, rure creat claq;
Hæc mihi subdidit et sibimet
Callidus inlaqueat uolucres

Aut pedicis dol, aut maculis
Inlita glutine corticeo
Vimina plumigeram seriem
Impediunt, & abire uetant.

Ecce p æquora fluctuagos
Texta greges sinuosa trahunt
Piscis item sequitur calamum
Raptus acumine yulnifero
Credula saucijs ora cibo.

Fundit opes ager ingenuas.
Diues aristiferæ segetis
Hic ubi uitea pampinoe

Sic si

Brachia palmite luxuriant

Pacis alumpia ubi bacca uiret.

Hæc opulentia Christicolis

Seruit et omnia suppeditant.

Absit enim procul illa famæ

Cædibus ut pecudum libeat,

Sanguineas lacerare dapes.

Sint fera gentibus idomitis,

Prandia de nece quadrupedū

Nos oleris comanos siliqua

Fœta legumine multimodo

Pauerit innocuis epilis.

Spumea mulcitra gerunt ni

Vbere de gemio latices, ueos

Perq; coagula densa liquor

Insolidum coit, & fragili

Lac teneru premitur calatho

Mella recens mihi cecropia.

Nectare sudat olente fauus

Hæc opifex apis aero

Rore liquat, tenui q; thymo;

Nexilis in scia connubii.

Hic quoq; pomiseri nemoris

Munera mitia prouenient

Arbor on trenefacta suum

Deciduo grauis imbre pluit,

Puniceosq; iacit cumulos,

Quæ ueteru, tuba q; ue lyra

Flatibus incita, uel fidibus

Diuitis omnipotentis opus,

Quæq; fruēda patet homini

Laudibus æquiperare queat.

Te pater optie mane nouo.

Solis & orbita cū media est,

Te quoq; luce sub occidua

Sumere cū monet hora cibū,

Nostra deus canet armonia,

Quod calet habitus interior

Corde qd abdita uena tremit

Pulsat et iisita, quod resonat.

Lingua sub ore latēs caueam.

Laus superi patris esto mihi.

Nos igitur tua sancte man

Cespite composuit madido

Effigiem meditata suam.

Vtq; foret rata materies

Flauit & indidit ore animam.

Tum p amena uitea iubet,

Frondicomis habitate locis.

Ver ubi perpetuum redolet,

Prataq; multicolora latex

Quadrifluo celer amne rigat

Hæc tibi nūc famuletur ait.

Vsibus omnia dedo tuis,

Sed tamen aspera mortifero

Stipite carpere pomu ueto,

Qui medio uiret in nemore.

Hic draco perfidus, indocile

Virginis illicit ingenium,


Vt socium maleuada uiruta

B. 3

Mandere cogeret ex uictis
 Ipsa pari peritura modo.
 Corpora mutua nosse nefas
 Post epulas inoperta uident
 Lubricus error & erubuit.
 Tegmina suta parant foliis
 Dedeceus ut pubor occuleret.
 Conscia culpa deū pautans
 Sede propria procul exigitur
 Innuba sc̄emina, quæ fuerat
 Coniugis excipit imperium
 Fœdera tristia iussa pati.
 Author et ipse doli coluber,
 Plectis improbus, ut mulier
 Colla trilingua calce terat;
 Sic coluber muliebre solum
 Suspicit, atq; uirum mulier.
 His ducibus uitiosa dehinc
 Posteritas ruit in facinus,
 Dumq; rudes imitatur auos,
 Fasq; nefasq; simul glomerās
 Impia crimina morte luit.
 Ecce uenit noua progenies,
 A ethere prodit alter homo,
 Non luteus, uel ut ille prius.
 Sed deus ipse gerens hominē
 Corporeisq; carens uitiis,
 Fit caro uiuida, sermo patris
 Numine quā rutilante grauis.
 Non thalamo, neq; iure tori,
 Membra cibo recreata leuēt.

Nec genialibus illecebris
 Intemerata puella parit.
 Hoc odium uetus illuderat,
 Hoc erat aspidis atq; homis
 Digladiabile discidium
 Qd modo cernua sc̄emineis
 Vipera proteritur pedibus.
 Edere nanq; deum merita
 Omnia uirgo uenena domat
 Tractibus anguis inexplicitis
 Virus inerme piger reuomit
 Gramine concolor in uiridi.
 Quæ feritas mo nō trepidat
 Territa de grege candidulo
 Impavidas lupus inter oves
 Tristis obambulat, & rapidū
 Sanguinis īmemor os cohibet
 Agnus enim uice mirifica,
 Ecce leonibus imperiat,
 Exagitansq; truces, aquilas.
 Per uaga nūbila, perq; notos
 Sydere lapsa columba fugat.
 Tu mihi christe coluba potes
 Sanguine pasta cui cedit auis,
 Tu niueus per ouile tuum,
 Agnus hiare lupū prohibes
 Sub luga tigridis ora premes
 Da locuples De hoc faūlis
 Rite precantibus, ut tenui
 Membra cibo recreata leuēt.

Neu piger imodis dapibus
 Viscera tāta grāuet stomach⁹
 Haust⁹ amarus abesto pcul
 Nec libeat tetigisse manu
 Exitiale quid, aut uetitum,
 Gustus, & ipse modū teneat
 Sospitet ut iecur incolumē.
 Sit satis anguibus horrificis
 Liba quod impia corporibus
 Ah miseram peperere necem
 Sufficiat semel hoc facinus,
 Plasma dei potuisse mori.
 Oris opus, uigor igneus.
 Non moris, quia flante Deo
 Compositus, superoq; fluens
 De solio patris artificis
 Sequitur Melodia.



hymnus uerba quae se omnia a teoribus
ODE Monocolos tristrophos trochaicum.

Phalecium.

Hymnus post cibum.

Pastis uisceribus cibisq; sumpto,
Quem lex corporis imbecillaposcit
Laudem lingua deo patri rependat
Patri qui cherubim sedile sacrum.
Necnon & seraphin suum supremo
Subnixus solio tenet regitq;
Hic est quem zebaoth deum uocamus,
Expers principij, carensq; fine.
Rerum conditor & repertor orbis.
Fons uitæ liquida fluens ab arce,
Infusor fidei, sator pudoris,
Mortis perdomitor, salutis autor.
Omnes quod sumus ac uigemus inde est.
Regnat spiritus ille sempiternus
A Christo simul & parente missus.
Intrat pectora candidus pudica,
Quæ templi uice consecrata tident
Postquam conbiberint deum medullis.
Sed si quid uicii, doli ue nasci
Inter uiscera iam dicata sensit
Ceu spurcum refugit celer facellum.
Tetrum fragrat enim uapore crasso
Hortor conscius aestuante culpa,
Offensemq; bonum niger repellit.
Hic solus pudor, innocensq; uotum



OPRAWĘ WYKONANO
w prac. inst. konkursowej
Biblioteki „Ossolineum”
Data 17.7.76 podpis Urajchár



